

DIGRESSIO HISTORICA.

De Raptu filiarum Silo per Beniamitas.

Ad Artic. 4.

Narratur c. 2. libr. Judic. Quod, cum Tribus Benjamin bello penè excisa esset, exceptis sexcentis viris, qui in solitudinem fugerant, & omnes alii Israëlitarum juramento se obstrinxissent non dare illis filias suas in uxores: ne tamèn tota Tribus periret, & simul servaretur Religio juramenti, Primores Populi, quibus tunc Reipublice cura incumberebat, præceperunt Beniamitis, ut proxima solemnitate in Silo celebranda ex virginibus Israëliticis choros ducentibus tot raperent, quot ad copulanda conjugia, & redintegrandam Tribum essent necessariae. Quæstio est ergo, utrum hoc Beniamitarum factum fuerit raptus, & in eo peccaverint.

Dico: hoc Beniamitarum factum non fuit verus raptus, nec in eo peccaverunt Beniamitæ. Ità Lyranus, Cajet. Estius, Tirin. Menoch. Sylvius, & alii contra Abulensem. Probatur: Ad rationem veri & illiciti raptus requiritur, quod violentia sit injusta; sic enim intelligitur in ejus definitione, alioquin non foret injustus, proindeque nec raptus; atqui in facto Beniamitarum non fuit injusta violentia: ergo. Prob. Min. Beniamitæ id egerunt auctoritate publica, scilicet de mandato primorum populi, ut patet ex textu, penès quos

tunc erat auctoritas publica, & propter bonum commune ne scilicet tota Tribus Benjamin aliquin extingueretur: non enim Beniamitæ ducere poterant alienigenas lege prohibente, & aliunde omnes alii Israëlitarum juraverant se non daturus illis filias suas: ergo.

Dices: Beniamitæ fecerunt injuriam, tum Parentibus, qui habebant jus filias suas aliis tradendi, tum Puellis ipsis, quæ invitæ raptæ sunt ad Matrimonium: ergo. R. N. Ant. Posito enim, quod auctoritate publica jus factum fuerit Beniamitis filias Silonitas rapiendi, ii, utendo jure suo, nulli fecerunt injuriam proprie dictam. Insuper, quamvis tam puellæ, quam parentes fuerint invitæ in raptu, postea tamèn intellecta ratione restorationis Tribus Benjamin, utrique Matrimonio consenserunt, & verisimiliter antequam puellæ cognoscerentur a Beniamitis.

Repones: Saltèm Beniamitæ tali facto induxerunt Silonitas in perjurium; quia & ipsi juraverant cum aliis se non tradituros filias suas Beniamitis. Imò & ipsi primates id præcipiendo suum etiã juramentum violaverunt: ergo. R. N. Ant. Silonitæ enim non juraverant, quod non permitterent filias suas jungi Beniamitis, sed quod eas illis non traderent, spon-tè scilicet & libere, quomodo parentes tradere solent filias suas. Similiter primates & omnis populus non juraverant, quod nullo modo procurarent uxores Beniamitis, sed singuli de suis tantum filiabus juraverant, quod eas non traderent Beniamitis, ut patet ex textu. Quidam contendunt insuper, eos tali juramento non fuisse obstrictos.

DISSERTATIO VII.

DE PARTIBUS POTENTIALIBUS TEMPERANTIÆ,

ET VITIIS OPPOSITIS.

Div. Thom. Quæst. 155. ad 170.

Partes potenciales alicujus virtutis dicuntur, ut patet ex dictis, quæ ejus modum imitantur in quibusdam materiis secundariis. Temperantiæ partes potenciales numerantur a D. Th. Continentia, Clementia, Mansuetudo; Modestia, cujus sunt quatuor species, scilicet Humilitas, Studiositas, Modestia morum exteriorum corporis, & Modestia externi apparatus; de quibus & vitiis oppositis succinetè dicemus in præsentî dissertatione, quæ finem imponet tractatui.

ARTICULUS I.

De Continentia & Incontinentia.

Petes 1. Quid sit Continentia? R. Continentia, relictiis variis acceptionibus, consideratur hic moralitèr, prout importat firmitatem voluntatis, re ad illicita diffultat. (Q. 155. a. 4. ad 1.) Et sic considerata, si sumatur generalitèr, est abstinencia ab omni re illicita; (Ib. a. 1. o.) si specialitèr, est firmitas voluntatis, qua quis resistit quibuscumque pravis concupiscentiis, quæ in eo vehementes existunt. (Ib. a. 2. o.) Et quia concupiscentiæ secundùm tactum alimentorum, & maxime venereorum sunt vehementiores & difficiliius superabiles, eo quod magis sequuntur inclinationem naturæ in conservatione individui & speciei, ideo continentia proprie dicitur *Dispositio voluntatis, qua resistitur pravis concupiscentiis circa tactum*; hoc est, circa alimenta, sed & maxime circa venerea. (Ib. ad 1. 2. 3. & 5.) Undè, qui resistit passionibus in materia temperantiæ, præsertim in veneris, dicitur simpliciter continens; qui autèm resistit passionibus in aliis materiis, non dicitur continens simpliciter, sed secundùm quid, ut continens iræ, continens avaritiæ, continens honoris, &c. (Ib. a. 1. o.) Quidam etiã continentiam nominant, per quam quis ab omni omnino delectatione venerea etiã licita abstinet; undè Ap. ad Galat. 3. continentiam castitati conjungit; sed hæc coincidit primariò cum virginitate, secundariò cum viduitate.

Petes 2. Utrum continentia proprie dicta sit virtus? R. (Ib. a. 1. o.) Continentia habet aliquid de ratione virtutis in quantum per eam firmatur ratio contra passiones, ne ab eis deducatur; non tamèn attingit ad perfectam rationem virtutis moralis, secundùm quam etiã appetitus domatur & subditur rationi, sic ut in eo non insurgant tam vehementes, & tam frequentes passiones rationi contrariæ. Largius tamèn accipiendum nomen virtutis pro principio laudabilium operationum possumus dicere continentiam esse virtutem. Itaque

(Ib. a. 4. o.) differt continentia a temperantia sicut imperfectum & inchoatum a perfecto & completo. Temperantia enim appetitum sensitivum rationi subicit & quasi edomatum tenet, continentia illi insurgenti & adhuc reluctanti resistit. Bonum rationis per Temperantiam usque ad appetitum descendit, per continentiam in voluntate sedit, ut patet ex petitione sequenti: vicit temperans; pugnat adhuc continens. Undè, non male a quibusdam comparatur continens illi, qui feras agrestes cicurandas accipit, temperans illi, qui eas cicuravit. Idem dic de continentia secundùm quid respectu aliarum virtutum. Hæc tamèn non sic intelligenda sunt quasi temperans nullus amplius sentiat rebellis concupiscentiæ motus; contrarium enim probant exempla Sanctorum, etiã ipsiusmet Apostoli, & juxta Trid. sess. 5. concupiscentia remanet ad agonem in hac misera vita. Sed sic sunt intelligenda, quod in temperato regularitèr nec tam vehementes, nec tam frequentes exurgunt motus, & saltèm insurgentes facilius & perfectius comprimantur, quatenus per habitum temperantiæ appetitum sensitivum rationi subiectum tenet. Exurgunt tamèn adhuc sæpè, eheu! sæpius sive ab extrinsecis, puta ab objectis, ab alimentis, aut arte dæmonis, sive ab intrinsecis fomite, qui, ut dixi ex Trid. relinquuntur ad agonem.

Petes 3. Utrum continentia subiectur in voluntate, an in appetitu sensitivo? R. (Ib. a. 3. o.) Non subiectur in appetitu sensitivo, sed in voluntate. Quia omnis virtus in aliquo subiecto existens facit illud differre a dispositione, quam habet, dum subiectur virtus opposita; atqui appetitus sensitivus eodem modo se habet in eo, qui est continens; & in eo, qui non est continens; quia in utroque prorumpit ad concupiscentias pravas vehementes: ergo continentia non subiectur in appetitu sensitivo, sed in voluntate, quæ per continentiam disponitur, ut eligat resistere concupiscentiis pravis, a quibus se vicini colligit incontinentens. Vide Cajet. in hunc articulum. Ex dictis conicitur a contrario, quid sit incontinentia. Pro quo vide, si lubet, Auctorem q. 156.

ARTICULUS II.

De Mansuetudine, & Ira.

Petes 1. Quid sit Mansuetudo? R. (Q. 157. a. 1. & 2. o.) Mansuetudo est virtus moderatrix iræ. (Ib. a. 3. o.) Est pars potentialis temperantiæ; quia, sicut temperantia con-

consistit in refrænatione concupiscentiarum vehementissimarum cibi & venereorum; ita mansuetudo in refrænatione concupiscentiæ minus vehementis, scilicet iræ. Dicitur autèm pars potentialis alicujus virtutis, quæ illam imitatur in aliquibus materiis secundariis quantum ad modum, ut dictum est.

Petes 2. Quid sit ira, & an sit semper mala? R. (Q. 158. a. 1. o.) Ira est passio appetitûs sensitivi, a qua vis irascibilis denominatur. Desinitur *appetitûs vindictæ*. Undè, cum vindicta possit bonè, vel malè appeti, ira de se neque est mala, neque bona, sed quod indifferens, quo bonè, vel malè uti possumus. Si ergo vindicta appetatur secundùm rectam rationem, ira est bona, & laudabilis, imò & naturæ utilis ad sui conservationem; quemadmodum enim amoris passio inest homini ad prosequendum bonum conveniens; ita passio iræ ad propulsumum malum disconveniens, ne in eo repellendo natura perdescat; undè illud Ps. 4. *Irascimini, & nolite peccare*.

Dices: Ira turbat rationem, & rationis iudicium impedit ergo. R. D. Ant. (Ib. ad 2.) Ira antecedens turbat, &c. Ira consequens, N. Itaque ira dupliciter se habere potest ad iudicium rationis: uno modo antecedentèr, & sic illud impedit, atque obnubilat, si dum advertitur, non colibeatur intra limites rationis, & dicitur ira per vitium. Alio modo consequentèr, quatenus, postquam ratio deliberavit, ac ordinavit de vindicta, tunc insurgit ad ejus executionem; & hæc ira est bona, & dicitur ira per zelum, nec impedit iudicium rationis, & sanum consilium, in quod jam præcessit, & a quo procedit, sed e contra juvat ad promptiorem ejus executionem; & quamvis in executione aliquatèr rationem turbet, & ejus quietem impedit, quia tamèn concurret ad exequendum id, quod justum est, nec tollit ordinem rationis, qui ex præcedente iudicio stabilitus est, non imputatur vitio, sed virtuti, non est enim contra rationem virtutis, ut intermittere deliberatio rationis in executione ejus, quod est a ratione deliberatum, sicut patet in arte, quæ impeditur in suo actu, si dum debet agere, deliberaret de agendis. Nec etiã refert, quod ratio sit præstantius bonum in homine; non enim quod est non nihil impeditivum ad horam boni præstantioris, est semper malum, sed quandoquè melius; sic contemplatio est præstantior actione; quandoquè tamèn actio, qua impeditur, in aliquo casu est melior.

Petes 3. Quandoquæ ira sit peccatum? R. (Ib. a. 2. o.) Ira est peccatum, quando non coninetur intra limites rectæ rationis, & vocatur proprie iracundia: quod contingit dupliciter, scilicet ratione objecti, & ratione modi. Ratione objecti, nempe vindictæ, quam appetit, si appetat puniri eum, qui non meruit, vel ultra, quam meruit, vel contra ordinem Juris, vel non propter debitum finem, qui est conservatio justitiæ, & correctio culpæ, sed ex odio. Ratione modi, si nempe motus iræ immoderatèr effervescat sive interius, sive exterius, etiamsi aliunde appetatur iusta vindicta.

Non est tamèn æstimandum, motum iræ esse immoderatum, præcisè quia magnus est, & gravis; sed quia excedit dictamen rationis atenta qualitate culpæ, conditione peccantis, & aliis circumstantiis. Etenim Christus gravi ira commotus fuit, quando negotiatores flagelo eiecit de templo. Joann. 2. Mathathias commendatur, quod, videns Judeum Idolis sacrificantem, accensus furore, illum trucidaverit; quia in his casibus recta ratio exigebat gravem iram. E contra Heli reprehenditur, quod in filios gravitèr delinquentes minori ira commotus fuerit, quia majoris in hoc casu exigebat recta ratio.

Petes 4. Utrum ira vitiosa sit ex genere suo peccatum mortale? R. (Ib. a. 3. o.) Ira vitiosa ex parte objecti est ex genere suo peccatum mortale; quia contrariatur Charitati, & Justitiæ. Potest tamèn esse veniale, vel ex imperfectione actûs, vel ex levitate materiæ, ut si vindicta injusta, quæ appetitur, sit levis, & quod si actu inferretur, non esset peccatum mortale; puta, si aliquis parùm trahat puerum per capillos, aut aliquid hujusmodi. Ira vitiosa ex parte modi (Ib. id.) non est ex genere suo peccatum mortale; quia excessus in passione aliunde indifferens, ut est ira, non excedit culpam venialem. Potest tamèn fieri mortalis, si nempe ita sit vehemens, ut vel signis exterioribus, puta spuma, clamoribus inconditis, contorsionibus, enormitèr dehonestet imaginem Dei creaturam nempe rationalem, vel necet gravitèr valetudini, vel grave scandalum generet, vel ex ea iratus sit ad peccatum mortale animo paratus.

Dices: omnis ira meretur damnationem æternam: Dicit enim Dominus Matth. 5. Omnis, qui irascitur fratri suo, reus erit iudicio, quod intelligitur de iudicio æternæ damnationis: ergo. R. (Ib. ad 2.) Quod Dominus loquitur ibi de motu iræ, quo quis appetit proximi occisionem, aut quancumque gravem lesionem; quo etiã sensu ibi dixit:

*Qui dixerit fratri suo, RACA: reus erit concilio. Qui autèm dixerit fratri suo, FATUE: reus erit gehennæ ignis; scilicet ex ea ira, qua mortem illius desiderat, & intendit. Ostendit enim ibi Dominus, non solum homicidium externum esse peccatum mortale in iudicio divino, sed & iram, qua quis proximi mortem optat, cujus ponit tres gradus: primum, quo quis simpliciter internè irascitur; secundum, quo quis exterius iram manifestat erumpens in voces inordinatas, & confusas indignationis; Raca enim nihil determinatè significat, nisi motum indignantis; tertium, quod erumpit in contumeliam apertam, & determinatam, ut *Fatue*; & tandem ipsum homicidium factò completum, seu quodvis aliud grave nocementum.*

Petes 5. Utrum ira sit majus peccatum, quàm odium, vel invidia? R. (Ib. id. a. 4. o.) Ira secundùm se, & ex parte objecti esse minus peccatum, quàm odium, & invidiam. Quia, quamvis ira cum odio, & invidia in hoc conveniant, quod malum proximi appetant, in hoc tamèn differant, quod odium appetat malum proximi qua malum, & eo sine ut illi malè sit, id enim apprehendit ut sibi bonum: invidia tristatur de bono proximi, quatenus ex eo videtur propria excellentia obscurari, ideoque etiã malum ejus appetit, scilicet privationem istius boni, ut suam existimationem servet illibatam, proindeque ex affectu proprii boni, nempe propriæ gloriæ; ira autèm appetit malum proximi sub imagine, & specie justæ vindictæ, nullus enim est irascens, qui non prætentat, etsi falsò, iræ suæ justam causam, qua se excuset; atqui pejus est appetere malum sub ratione mali, saltèm mediatè, quàm sub ratione boni, & pejus est appetere malum sub ratione boni exterioris, quod est vana gloria, quàm sub ratione rectitudinis Justitiæ: ergo. Et ex ea parte etiã ira est minus peccatum, quàm concupiscentia; quia melius est bonum Justitiæ, quod appetit iratus, quàm bonum delectabile, vel utile, quod appetit concupiscentia. Ex parte verò modi irascendi (Ib. id.) ira habet specialem inordinationem præ assignatis vitiis, propter vehementiam, & velocitatem sui motûs: indè enim clamores inconditi, verba exerrantia, gestus indecentes, os spumans, membrorum contorsiones, totius corporis enormis, & noxia commotio; juxta illud D. Greg. 5. Mor. c. 31. *ira suæ stimulis accensus cor palpiat, corpus tremit, lingua se præcipit, facies igeccit, exasperantur oculi, & nequaquam recognoscuntur nosi*.

Petes 6. Utrum ira sit vitium capitale? R. Affirmativè. (Ib. a. 6. o.) Quia hoc vitium dicitur capitale, ex quo multa vitia exoriuntur; atqui habet hoc ira, quod ex ea multa vitia oriri possint duplici ratione. I. ex parte sui objecti, quod multum habet de ratione appetibilitatis, in quantum scilicet vindicta appetitur sub ratione justæ, vel honesti, quod sua dignitate allicit; alio modo ex suo impetu, quo mentem ad inordinata quæcumque audenda, & agenda præcipitat.

Petes 7. Utrum convenienter assignentur sex filiae iræ, scilicet indignatio, tumor mentis, clamor, contumelia, blasphemia, & rixa? R. Affirmativè ex S. Greg. I. 31. Moral. c. 31. (Ib. a. 7. o.) Ratio est, quia ira potest tripliciter considerari. Uno modo secundùm quod est in corde, & sic ex ira nascuntur duo vitia: unum quidem ex parte ejus, contra quem homo irascitur, quem reputat indignum, ut sibi tale quid fecerit: & sic ponitur indignatio. Aliud autèm est vitium ex parte sui ipsius, in quantum excogitat diversas vias vindictæ, & talibus cogitationibus animum suum replet: & sic ponitur tumor mentis. Alio modo consideratur ira, & secundùm quod est in ore: & sic ex ira duplex inordinatio procedit; una secundùm hoc quod homo in modo loquendi iram suam demonstrat, & sic ponitur clamor, per quem intelligitur inordinata, & confusa locutio, ut *Raca*, de quo supra. Alia etiã est inordinatio, secundùm quod aliquis prorumpit in verba injuriosa, quæ si sint contra Deum, erit blasphemia; si contra proximum, contumelia. Tertio modo consideratur ira, secundùm quod procedit usque ad factum; & sic ex ira oriuntur rixæ, per quas intelliguntur omnia nocumenta, quæ factò proximis inferuntur ex ira.

Petes 8. Utrum sit aliquid vitium oppositum iræ per defectum? R. Affirmativè: (Ib. a. 8. o.) quia, sicut laudabile est ex iudicio rationis infligere penam, quando, & quomodo infligi debet, ita vituperabile est non infligere, quando, & quomodo debet infligi. Hoc autèm vitium caret proprio nomine; sed potest dici vacuitas iræ, seu indiscreta patientia, & solida indulgentia, quæ bono communi est maxime nociva, utpote qua fovetur crimina. Inter hoc vitium, & iram mediat mansuetudo, utriusque moderativa.

ARTICULUS III.

De Clementia, & Cruditatis.

Petes 1. quid sit Clementia? R. (Ib. g. 157. a. 1. o.) Clementia est virtus moderatrix poenarum ex affectibus lenitate in quantum iustitiae ratio patitur. Dicitur Moderatrix poenarum; (Ibid. a. 2. ad 2.) quia si esset totalis poenae remissio, non foret Clementia, sed venia. Dicitur ex affectibus lenitate; (Ibid. a. 3. ad 1.) quia scilicet quis proximo bene afficitur, ejusque malum abhorret; nam, si amore, vel timore, aut muneribus corruptus poenas moderetur, non exercet actum Clementiae, nisi materiam. Dicitur in quantum ratio patitur: (Ibid. a. 2. ad 3.) Non enim Clementia inclinat contra ordinem iustitiae, & rectae rationis dictamen ad mitigandas poenas, quas quis subire debet secundam legem, aut consuetudinem; sed attentis circumstantiis facti, personae, causae, modi, & aliis iudicat iuxta rectae rationis dictamen reum non esse puniendum tanta poena, quantum verba legis, aut consuetudo aliquoquin requirit: unde esse habet Clementia ad severitatem, sicut Epikia ad iustitiam legalem. (Ibid. a. 3. ad 1.) Differt tamen Clementia ab Epikia, quia per Epikiam fit diminutio poenarum secundum intentionem Legislatoris, licet non secundum verba legis: per Clementiam autem fit diminutio poenarum ex quadam teneritudine affectus erga puniendum, & ex animi moderatione, qua fit, ut quis non utatur tota sua potestate in inflictione poenae.

Petes 2. Utrum clementia, & mansuetudo sint idem. Videtur quod sic; quia, ut dictum est, clementia est moderatrix poenarum, & mansuetudo moderatrix irae, quae tendit in poenam; ejusdem autem virtutis est moderari affectum internum, & opus externum: sic eadem virtus temperantiae moderatur concupiscentias internas, & earum usum externum: ergo. Nihilominus R. (Ibid. a. 1. o. & a. 3. ad 1. & q. 159. a. 1. o.) Clementiam, & Mansuetudinem habere quidem inter se affinitatem, quatenus concurrunt ad eundem effectum, qui est moderatio poenae; differre tamen inter se, quia in hunc effectum tendunt sub diversa ratione formali. Mansuetudo moderatur poenam, ut ex impetu irae inferendam; clementia, ut inferendam ex legitima potestate; & haec est utriusque materia remotae proxima verò materia mansuetudinis est moderatio affectus irae, & materia proxima clementiae est moderatio affectus misericordiae subveniat alienae miseriae per beneficii collationem, & clementia per poenae subtractionem. Observandum hic, quod, cum clementia sit poenarum moderatrix iuxta dictamen rectae rationis, quandoque dicat recta ratio severitatem (quae est inflexibilis animi rigor nihil de poena merita remittens) magis expedire, quam clementiam; quod contingit, vel quando peccatum est ex malitia commissum, vel quando populus est durae cervicis, nec nisi poenarum severitate potest in officio contineri, vel tandem quando ita iudicatur expedire delinquentis correctioni, aut bono publico.

Petes 3. Quid sit crudelitas, & an opponatur clementiae? R. (Ib. o.) Nomen crudelitatis a crudelitatis sumptum esse videtur: sicut enim ea, quae sunt cocta, & digesta, solent habere suavem saporem; sic illa, quae sunt cruda, habent asperum saporem. (Ibid. in a. 1. c.) Est ergo crudelitas atrocitas animi in exigendis poenis (Ibid. o.) Et eam clementia importet quamdam animi lenitatem, per quam aliquis est diminutivus poenarum, patet, quod crudelitas directe opponatur clementiae.

Dices: Superexcessus poenarum pertinet ad iustitiam: ergo crudelitas opponitur iustitiae, & non clementiae. R. D. Ant. (Ib. ad 1.) Superexcessus poenarum quantum ad id, quod exterius agitur, pertinet ad iustitiam, C. Ant. quantum ad austeritatem animi, per quam aliquis fit promptus ad poenas augendas, N. Ant. sic enim pertinet ad crudelitatem.

Petes 4. Utrum crudelitas distinguatur a severitate, seu feritate? R. affirmativè. (Ibid. a. 2. o.) Quia crudelitas attendit culpam in eo, qui punitur, sed excedit modum

in puniendo. Severitas autem, seu feritas non attendit culpam in eo, qui punitur, sed hoc solum, quod delectatur hominum crudelitate; dicitur enim severitas, seu feritas a feris, quae nocent hominibus, ut ex eorum corporibus pascantur, non ex aliqua iustitiae causa, cujus consideratio pertinet ad rationem. Unde severitas, seu feritas est vitium bestiale, non humanum. Per aliud extremum opponitur clementiae nimia lenitas, qua quis contra dictamen rationis mitigat, aut remittit poenas, quas reus ex praescripto legum subire deberet: & hoc vitium est etiam Reipublicae valde noxium, ex quo nempe facinorosi invalescunt. Inter utrumque hoc vitium, crudelitas scilicet, & nimiae lenitatis, mediatur clementia.

ARTICULUS IV.

De modestia, & eius speciebus.

Modestia, (Q. 160. a. 1. o.) quae a moderatione dicitur, est virtus moderativa eorum, quae mediocrem habent difficultatem. Ubicumque enim est aliqua virtus specialiter circa aliquod maximum, oportet esse aliam virtutem circa ea, quae mediocriter se habent; eò quod oportet quantum ad omnia vitam hominis secundum virtutem esse regulatam: unde, quia est virtus magnificentiae circa magnos sumptus, est virtus liberalitatis circa mediocres. Porro Temperantia moderationem adhibet circa ea, in quibus difficultatissimum est adhibere, scilicet circa delectationem tactus: ergo oportet esse aliquam virtutem, quae adhibeat moderationem circa ea, in quibus non est ita difficile adhibere; & haec est modestia. Unde patet, quod sit pars potentialis Temperantiae, seu illi adjungatur ut principali.

Si jam quaeras, quae sint ista mediocria, circa quae versatur modestia? R. (Ib. a. 2. o.) Quod, cum, ut dictum est, Temperantia moderatur delectationes tactus, & clementia, ac mansuetudo moderentur passionem, quae ad inflictionem poenarum incitant, supersunt quatuor minus difficultia, quae moderatur modestia. Primum est motus animi ad excessum, quem moderatur humilitas, quae opponitur superbiae. Secundum est desiderium cognitionis, & hoc moderatur studiositas, quae opponitur curiositati. Tertium est motus, & gestus externi corporis, quos, ut decenter fiant, sive joco, sive serio, moderatur ea species modestiae, quae proprio nomine caret, & vocari potest modestia motuum exteriorum. Quartum, externus cultus, seu apparatus exterior in vestibus, conviviis, suppellectilibus, quem moderatur alia species modestiae, quae dicitur modestia cultus. Et sic sunt quatuor species modestiae, quae ideo explicatius definiuntur potest: Virtus, quae quis intra modum, & limites sui status, ingenii, & fortunae quantum ad motum tam internum, quam externum, & omnem rerum suarum apparatus se continet. De his quatuor speciebus, & vitiis oppositis per distinctos §§. acturi, sit

§. I. De Humilitate.

Petes 1. Quid sit Humilitas? R. (Q. 161. a. 1. ad 1.) Humilitas dicitur ab humo, & humilis quasi humi acclivis, ac vicinis, unde dicimus humiles casas. Metaphorice significavit vitem, seu teneam conditionem, quo sensu dicitur aliquem humili loco natum, & B. Virgo dixit Luc. 2. Respexit humilitatem ancillae suae. Hic autem sumitur pro depressione ad ima; quae si fiat ab extrinseco contra voluntatem illius, qui deprimitur, est poena, & idem est, ac afflictio, & miseria, quo sensu dictum est: Qui se exaltat, humiliabitur. Si fiat ab intrinseco, dum quis sua sponte ex consideratione suorum defectuum se deprimat, (Ib. o.) est virtus; cum tunc temperet, & refrenet animum, ne immoderate & contra rectam rationem tendat in excelsa, quod habet peculiarem rationem boni, potestque definiiri (Ibid. ad 1.) Virtus, quae quis considerans suum defectum tenet se in infimis secundum modum suum.

Dices: magnanimitas non impellit ad excelsa, nisi secundum rectam rationem: ergo etiam refrenet animum, ne tendat ad excelsa contra rectam rationem, & consequenter coincidit cum humilitate. R. N. ultimam Consequens. Disparitas est 1. Quod magnanimitas primario impellit ad excelsa, secundario refracet animum, ne ad ea tendat contra rectam rationem. E contra humilitas non impellit animum ad excelsa, sed e contra cohibet: Virtutes autem distinguuntur per primarias suas functiones. (Q. 129. a. 3. ad 4.) Magnanimitas cohibet animum ab excelsis, considerando quod ea excedant suam conditionem etiam secundum dona, quae possidet ex Deo: Humilitas autem co-

§. II. De Superbia.

hibet animum ab excelsis secundum considerationem proprii defectus, qui est ab ipso: & sic procedunt sub diversa ratione formali.

Ex his colliges, (Q. 161. a. 2. o.) humilitatem praesupponere actum intellectus, nempe cognitionem propriorum defectuum tamquam regulam directivam appetitus; essentialiter vero consistere in appetitu, quem moderatur, & cohibet, ne feratur ad excelsa. Et ideo est proprie directiva, & moderativa motus appetitus.

Petes 2. Utrum homo possit, & debeat se omnibus per humilitatem subicere? R. Affirmativè. (Ib. a. 3. o.) Quia in homine duo possunt considerari, scilicet, id quod est Dei, & id quod est hominis. Hominis autem est quicquid pertinet ad defectum, sed Dei est quicquid pertinet ad salutem & perfectionem. Homo itaque, comparans quae sua sunt in se cum bonis, quae alii habent ex Deo, debet se illis per humilitatem subicere (Ibid. ad 1.) Quia, cum humilitas proprie respicit reverentiam, qua Deo subijcitur, non solum Deum in seipso revereri debemus, sed etiam id, quod Dei est, in quolibet; unde & ipsi Deo, & iis, quae sunt à Deo, in quocumque sint, nos subicere debemus (Ib. ad 2. & a. 6. ad 1.) 2. Quia homo etiam comparando bona sua cum bonis aliorum potest, & debet cogitare esse fortasse longe plura bona in aliis, quamvis sibi occulta, & etiam esse in se mala sibi ignota, quae non sunt in aliis. Item, quod si alii tor gratis, ac beneficiis donati fuissent, quot ipse accepit, meliores ipso forent, & erga Deum gratiores. Ex his ergo considerationibus homo potest, & debet absque falsitate se reputare, & pronariare omnibus viliores, donis Dei indignum, & ad omnia ineptum.

Petes 3. Utrum Christus fuerit verè humilis, non solum externa conversatione, sed etiam interno iudicio? videtur enim quod non, cum non potuerit, se iudicare vilem, & imperfectum. R. Christum fuisse verè humilem interno iudicio: & ad rationem oppositam D. non potuit se iudicare vilem, & imperfectum absolute, C. quia noverat suam excellentiam, & impeccabilitatem ex unione Verbi, seque ideo esse omni honore dignum. Secundum quid, N. noverat enim sanctissima illius humanitas totum se habere à Deo; & quod si à divinitate deseretur, relaberetur in ignorantiam, & peccandi pronitatem. Haec itaque ratio non fuit interno iudicio verè humilis, divinitati profunde subjectus, et omne bonum, & omnem honorem sibi exhibiturum referens.

Petes 4. Quem locum humilitas obtineat inter virtutes? R. (Ibid. a. 5.) Esse inferiorem virtutibus Theologicis, quae habent ultimum finem, nempe Deum, pro objecto. Item virtutibus intellectualibus, quae ipsam rationem ordinant, in cuius ordinatione consistit virtus humana. Item iustitia, praesertim legali, quae facit appetitum esse iuxta rationem bene ordinatum universaliter. Aliis autem humilitas videtur potior; quia facit hominem ordinationi, tum rationis, tum appetitus, & patulum ad suscipiendum influxum divinae gratiae, iuxta illud Jacobi: 4. Deus superbis resistit, humilibus autem dat gratiam. Directe vero fundamentum adificii spiritualis, & prima virtutum est fides, per quam fit primus accessus ad Deum, iuxta illud Apost. Ad Hebr. 11. Accedentem ad Deum oportet credere, &c.

Petes 5. Quo sensu humilitas dicitur fundamentum adificii spiritualis? R. (Ibid. ad 2.) Esse fundamentum adificii spiritualis per modum remotionis prohibens; in quantum expellit superbiam, cui Deus resistit, & qua expulsa praebet hominem subditum, & patulum ad suscipiendum influxum divinae gratiae, iuxta illud Jacobi: 4. Deus superbis resistit, humilibus autem dat gratiam. Directe vero fundamentum adificii spiritualis, & prima virtutum est fides, per quam fit primus accessus ad Deum, iuxta illud Apost. Ad Hebr. 11. Accedentem ad Deum oportet credere, &c.

Petes 6. Qui sunt actus, seu fractiones humilitatis? R. Primus est contemptus sui. 2. Reputare se Dei donis indignum. 3. Non cupere magni aestimari, aut honorari. 4. Desiderare vili haberi, & contemni. 5. Dolere, dum magni, aut honoratur. 6. Se aestimare aliis viliores. 7. Subicere se Deo, & hominibus propter Deum. 8. In rebus, aut functionibus externis amplecti, quod est abiectus.

Petes 7. Utrum hi omnes actus humilitatis competant superioribus erga subditos? R. Actus interiores ipsis competere iuxta illud Aug. in regula: Coram Deo Praelatus sit prostratus pedibus vestris. Quantum verò ad actus exteriores, opus est discretionem, Ne, ut dicit idem Aug. ibi apud eos, quos oportet esse subjectos, dum nimium servatur humilitas, regendi frangatur auctoritas.

Petes 1. Quid sit Superbia? R. Superbia secundum nominis etymologiam est quasi super ire, seu supergredi, & superare. (Q. 102. a. 1. ad 1.) Unde superbia potest generaliter sumi pro omni eo, quod superexcedit; quo sensu dicitur Isa. 60. ad Sion: Ponam te in superbiam saeculorum; id est in celsitudinem, & gloriam: & Prov. 8. Mecum sunt divitiae, & gloria, opes superbae, id est, magne. Frequentius tamen solet superbia accipi, prout hic accipitur in malam partem, (Ibid. ad 2. & a. 2. o.) & definitur: Appetitus inordinatus propriae excellentiae. Explicatur.

Dicitur 1. Appetitus: Quia, licet superbia supponat actum intellectus, unde causatur (Ibid. a. 3. ad 2.) ac licet considerationem aliorum defectuum, & propriorum meritum ultra, & aliter quam sint; (Ibid. o.) formaliter tamen est in appetitu irascibili; quia obiectum ejus est arduum nempe propria excellentia: sed quia arduum, quod respicit superbia, invenitur, & in sensibilibus, & in spiritualibus rebus, ideo appetitus irascibilis non sumitur hic proprie, prout est pars appetitus sensitivi distincta à concupiscibili, sed sumitur largius, prout invenitur etiam in appetitu rationali; unde in demonibus, qui carent appetitu sensitivo, ponitur superbia.

Dicitur 2. (Ibid. a. 1. o.) Appetitus inordinatus; quia inordinatum est, & contra rectam rationem, quod quis tendat per voluntatem supra id, quod est; quod facit superbus, sic dictus, quia super vult videri. Habet enim hoc recta ratio, ut voluntas unuscujusque feratur in id, quod est sibi proportionatum. Unde patet, quod superbia sit peccatum.

Dicitur 3. Appetitus excellentiae; quod intelligitur non solum de respectiva excellentia, sed etiam de absoluta. Non solum enim is est superbus, qui vult alii praecellere; sed etiam is, qui vult simpliciter excellere supra id, quod est, sive de aliis cogitet, quibus vult praecellere, sive non. (Ib. a. 5. o.) Cum tunc se extollat supra id, quod sibi est praefixum secundum divinam regulam, & rectam rationem, in quo consistit superbia.

Dicitur 4. Propria excellentia, id est, personalis; quia obiectum superbiae est excellentia personae: sicut enim humilitas depressionem personae intendit, ita superbia, quae ipsi opponitur, exaltationem personae quaerit. Et per hoc distinguitur ab ambitione, praesumptione, & inani gloria. Nam obiectum ambitionis est excellentia in honoribus, & dignitatibus: Praesumptionis, excellentia in operibus: Inanis gloriae, excellentia in fama, & gloria. Haec tamen à superbia originem ducunt, & ipsi deserviunt: quia enim superbus inordinate appetit propriam excellentiam, ideo fit, quod intendat magnos honores, & magnas dignitates; quod aggreditur praesumptuosa opera; & quod appetat magnam famam, & magnam gloriam, ut ex his ipse praecellat, & magnificat.

Hinc sequitur, (Ibid. a. 2. o.) superbia esse peccatum speciale; quia habet speciale obiectum, nempe propriam excellentiam. Potest tamen dici peccatum generale secundum redundantiam quandam in alia peccata, quatenus ex superbia oriri possunt omnia peccata duplici ratione; uno modo per se, in quantum alia peccata ordinari possunt ad finem superbiae, qui est propria excellentia; ad quam ordinari potest omne id, quod quis inordinate appetit. Alio modo indirectè, & quasi per accidens, scilicet removendo prohibens, in quantum homo per superbiam contemnit divinam legem, per quam prohibebatur à peccando, secundum illud Jerom. 2. Confregistis jugum, rupistis vincula, divistis non servium.

Petes 2. Quot sunt species superbiae? R. (Ibid. a. 4. o.) Quatuor numerari à S. Greg. 23. Moral. c. 7. Prima est, cum aestimat bona, quae habet, habere à se ipso. 2. Cum aestimat ea se habere à Deo, sed propriis meritis. 3. Cum arrogat sibi bona, quae non habet. 4. Quando in bonis, quae habet, ceteris despectis, vult illis praeferi plus quam decet. Haec autem quatuor species superbiae possunt variis modis exerceri. 1. Si superbus bonum iuxta aliquam ex his speciebus in animo suo aestimat, & sibi se extollat. 2. Si velit, ut ita aestimetur ab aliis. 3. Si illud opere, vel verbo declarat. 4. Si saltem optet tale bonum, vel tali modo habere, ut extollatur.

Ceterum adverte (Ibid. ad 1.) non esse, necesse, quod superbus formaliter, & serio iudicet se bona habere à se ipso, vel suis meritis, alias foret haereticus; sed sufficit, quod absque formali iudicio apprehendat illa tamquam sua, & à se dependentia, non considerando distantiam, quo-

modo illa acceperit, & inde se extollat quasi a se, aut suis meritis haberet; sicut si pauper, qui alicujus bonis aluit, inde superbiat quasi de suis, licet sciret esse aliena.

Petes 3. Utrum superbia sit peccatum mortale? R. (Ib. a. 5. o.) Esse ex suo genere peccatum mortale? quia superbia humilitati opponitur; humilitas autem proprie respicit subjectionem hominis ad Deum; ergo a contrario superbia respicit defectum hujus subjectionis; qui defectus secundum se, & ex genere suo est peccatum mortale. Est autem in individuo superbia mortalis, quando quis ita se extollit, ut Deo, & divinæ Legi se subijcere relinquit, quasi ista subiectio foret læsiva suæ excellentiæ. Et hæc dicitur superbia completa, quæ est in demonibus, raro in hominibus. Item juxta Sylviu[m], & Navarrum superbia est mortalis, quando superbus incurrit omnino deliberatè in duas primas species, ita scilicet ut effloratur omnino deliberatè se æstimans, quasi bona haberet a se, aut ex meritis, vel velit ita æstimari. Quam vero ad alias duas ultimas species, non videtur superbia esse mortalis, nisi res fuerit gravis momenti; ut si superbus ignarus arroget sibi excellentiam in arte medendi, vel advocandi cum gravi detrimento proximi; vel si cum gravi aliorum contemptu velit illis præferri. Item si sit cum gravi Dei irreverentia, aut superbum reddat paratum ad peccatum mortale. In cæteris est vanitas; maxime tamen fugienda, quia ex ea multa mala scaturiunt, & spiritalia impediunt.

Petes 4. Utrum superbia sit gravissimum peccatum? R. (Ib. a. 6. o.) Superbia ex parte conversionis ad bonum commutabile non habet, quod sit gravissimum peccatum; quia celsitudo, quam superbus inordinatè appetit, secundum suam rationem non habet maximam repugnantiam ad bonum virtutis. Sed ex parte aversionis a Deo, superbia, nimirum completa, habet maximam gravitatem: quia in aliis peccatis homo a Deo avertitur, vel propter ignorantiam, vel propter infirmitatem, sive propter desiderium cuiuscumque alterius boni; in superbia vero completa homo avertitur a Deo per se, & directe, quia nolle subijci Deo, & ejus regulæ, quod est primum superbiæ completa, est directe ab eo averti. Et ideo averti a Deo est quasi consequens in aliis peccatis, per se autem ad superbiam pertinet. Et quia id, quod est per se, semper potius est eò, quod est per aliud, sequitur quod superbia sit gravissimum peccatum secundum genus suum, quia excedit in aversione, quæ formaliter complet peccatum. Quod tamen intellige de peccatis, quæ licet directe avertant a Deo, non tamen habeat per objecto ipsam aversionem a Deo sicut habet odium Dei, propter quod est gravius peccatum, quam superbia, quæ licet directe avertat a Deo, non tamen habet per objecto ipsam aversionem, sed propriam excellentiam, ratione cuius, cum nolit subijci Deo, ab illo avertit; non subiectio enim est ipsa aversio.

Petes 5. Utrum superbia sit primum omnium peccatorum? R. (Ib. a. 7. o.) Superbiam esse primum omnium peccatorum perfectione, eo sensu, & ea ratione, qua modo diximus esse gravissimum omnium peccatorum. (Ib. ad 1.) Est etiam primum peccatum causalitate hoc sensu, quod quodlibet peccati genus ex superbia natum sit oriri: quo tamen sensu potest etiam avaritia dici primum peccatum, cum ex ea quodlibet peccatum etiam natum sit oriri, juxta illud 1. ad Tim. 6. *Cupiditas omnium malorum radix*. Item superbia est primum peccatum tempore juxta illud Eccl. 10. *Initium omnis peccati est superbia*. Et Tob. *In ipsa (superbia) initium sumptis omnis perditio*. Patet etiam, quia & Lucifer in natura Angelica, & Adam in natura humana primum peccaverunt superbia: ille ita inordinatè appetendo suam excellentiam, ut voluerit esse similis Altissimo: iste appetendo similitudinem Dei quantum ad scientiam boni & mali, sicut serpens suggesserat Evæ, ut probat S. Doctor. quasi sequent.

Petes 6. Utrum superbia sit vitium capitale? R. (Ib. a. 8. o.) Quosdam, considerantes superbiam secundum quod est speciale peccatum connumeravisse vitis capitalibus, sicque numerabant octo vitia capitalia, scilicet superbiam, inane gloriam, avaritiam, invidiam, iram, gulam, luxuriam, acediam. Alii, inter quos S. Greg. 31. Moral. c. 31, considerantes generalem superbiæ influentiam in omnia vitia non connumeraverunt aliis vitis capitalibus, sed posterunt reginam, & matrem omnium vitiorum capitalium.

Occasione peccati superbiæ S. Thomas instituit tres questiones de peccato primi parentis. De quo nos alibi.

§. III. De Studiositate, & Curiositate.

Petes 1. Quid sit studiositas? R. (Q. 166. a. 1. o.) Studiositas nominatur a studio. Studium autem relicto variis acceptionibus proprie importat vehementem applicationem mentis ad aliquid; & cum mens non applicetur ad aliquid nisi cognoscendo illud, sequitur, quod studiositas, quæ, ut dixi, nominatur a studio, versetur circa cognitionem; (Q. 167. a. 1. o.) non tamen hoc sensu, quod cognitio sit ejus materia proxima, veritatis enim cognitio per se loquendo bona est, nea virtute indiget; sed materia proxima studiositatis est appetitus veritatis cognoscendæ, qui potest esse bonus, vel malus. Itaque ut questionis respondeam: (Ibid. Q. 166. a. 2.) Studiositas est virtus moderans appetitum & studium veritatis cognoscendæ secundum regulas recte rationis.

Explicatur. (Q. 266. a. 1. o. & ad 3.) Est in homine quantum ad cognitionem duplex inclinatio. Ex parte animæ inclinatur homo ad hoc, quod rerum cognitionem desideret: unde Philosophus in principio Metaphysicæ dicit, quod omnes homines naturaliter scire desiderant. Ex parte vero naturæ corporalis homo inclinatur ad hoc, ut laborem inquirendi scientiam vitet. Datur ergo studiositas, quæ utramque inclinationem intra limites rationis contineat, ne scilicet, vel excedat in inquirenda scientia, vel labore territus deficiat, hoc est, ne incuriositatem, aut pigritiam diluat. Quatenus refrænat immoderatam appetitum sciendi, est pars potentialis temperantia, utpote virtus secundaria et adjuncta et principali virtuti, eam nimirum imitans in modo moderandi concupiscentiam naturalem. Quatenus vero impellit ad studium non obstante labore, non pertinet ad temperantiam, sed potius ad fortitudinem; & quamvis ex hoc secundo capite nominetur, ut dictum est, primum tamen est illi essentialis quam secundum. Nam appetitus cognoscendi per se respicit cognitionem, ad quam ordinatur studiositas; sed labor addiscendi est impedimentum quoddam cognitionis; unde respicendi in hac virtute per accidens quasi removendo prohibens. Ex dictis patet, studiositatis opponi duplex vitium extremum, scilicet curiositatem per excessum, & negligentiam per defectum. Hic ideo.

Petes 2. Quid sit curiositas? R. Curiositas generatim sumpta significat curam superfluum circa res inutiles: sic dicimus curiosum in vestibus, in suppellectili, in sermone, in arte, in rebus externis conquirendis, &c. quod tamen etiam quandoque sumitur in bonam partem pro cura diligenti & rationabili. Proprie autem sumpta importat diligentiam superfluum in cognoscendis rebus, quæ vel nihil ad nos pertinet, vel captum nostrum superant, eo præcisè animo ut sciamus & discernamus. (Q. 167. a. 2. ad 1.) Nam, si id fiat, non affectu cognitionis, sed operationis, puta, ut eorum usu & non cognitione delectemur, non erit curiositas formaliter, sed materialiter tantum sic, qui cupit audire musicam, ut ejus harmonia delectetur, non ut distinguat voces, & de his iudicet, non est formaliter curiosus. Potest ergo dehiuri curiositas *Appetitus inordinatus cognoscendi*.

Versatur (Ibid. a. 1. & 2. o.) autem vitium curiositatis tam circa cognitionem intellectivam, quam sensitivam. (Ib. a. 1. o.) Circa cognitionem intellectivam duplici modo generali. 1. Ex parte finis, si nempe queratur scientia ad malum finem, puta ad superbiendum, aut aliis nocendum; & hæc est tantum curiositas materialis, ut dictum est. 2. Ex ipso modo inordinato appetendi scientiam; & hoc quadrupliciter. 1. In quantum per studium minus utile retrahimur a studio necessario. 2. Si quis studeat aliquid ad discere ab eo, a quo non licet, ut a demone, vel a Magis. 3. Si appetat cognoscere veritatem circa creaturas, non referendo ad debitum finem, scilicet ad cognitionem Dei. 4. Si studeat ad cognoscendam veritatem supra proprii ingenii facultatem; quia per hoc homines de facili in errores labuntur. Unde dicitur Eccl. 3. *Altiora te ne quaesieris, & fortiora te ne scrutatus fueris, & in pluribus operibus ejus ne fueris curiosus*. Et postea sequitur *Multos quoque supplavit suspicio eorum, & in vanitate detinuit sensus eorum*.

Similiter (Ib. a. 2. o.) circa cognitionem sensitivam versatur duplici modo vitiosa curiositas; cognitio enim sensitiva ordinatur ad duo; uno modo tam in omnibus, quam in aliis animalibus, ordinatur ad corporis sustentationem, quia per hujusmodi cognitionem homines & alia animalia vitant nociva, & necessaria quarunt. Alio modo specialiter in homine ordinatur ad cognitionem intellectivam,

sive speculativam, sive practicam: apponere ergo studium circa sensibilia cognoscenda potest dupliciter esse vitiosum: uno modo, si cognitio sensitiva non ordinatur ad aliquid utile, sed potius hominem averit ab aliqua utili consideratione. Alio modo, in quantum cognitio sensitiva ordinatur ad aliquid noxium; sicut inspectio curiosa mulieris ordinatur ad concupiscendum, & diligens inquisitio de aliorum factis, ordinatur ad detrahendum.

Petes 3. quale peccatum sit curiositas? R. esse secundum se dumtaxat peccatum veniale; quia non videtur magna inordinatio, quod homo curam superfluum adhibeat in cognoscendis rebus, quæ ad ipsum non pertinent. Potest tamen fieri multipliciter mortale ex circumstantiis. 1. Ratione materiæ, ut si cognitio alicujus rei sit prohibita Jure naturali, vel positivo: sic mortaliter peccant, qui legunt libros prohibitos, aut amatorios cum periculo consensu; qui ex curiositate inspicunt partes secretas aliteris sexus; qui tentant per vires nature cognoscere mysteria fidei; qui expiscantur secretum Confessionis Sacramentalis; qui spectant duella, saltim palam & ex proposito, & si excommunicantur per Trid. sess. 25. c. 19. 2. Ratione finis, ut si tentes aliquid scire ad graviter nocendum proximo. 3. Ratione medi, ut si arte Magica, vel inducendo aliquem in peccatum mortale, velis aliquid scire.

Negligentia, quæ opponitur studiositati per defectum, est voluntaria omisso sciendi ea, quæ quis scire teneatur pro suo statu & conditione. Est mortalis, vel venialis, prout obligatio sciendi & negligentia est gravis, vel levis.

§. IV. De Modestia exteriorum motuum.

Petes, quid sit modestia exteriorum motuum. R. (Q. 168. a. 1. o.) Est Virtus, matris exterioris corporis temperans secundum præscriptum rationis. Cum enim motus exteriores hominis sint liberi, & per rationem ordinabiles, ad imperium enim rationis membra externa moventur, & id, quod subijctur ordinationi rationis, possit bene, vel male ordinari, manifestum est, quod circa horum motuum ordinationem constituenda sit virtus moralis. Ordinatio autem horum motuum attenditur quantum ad duo: uno modo secundum convenientiam personæ secundum se; alio modo secundum convenientiam ad alias personas, negotia, tempora, & loca.

Et quia (Ibid. ad 2.) motus exteriores sunt quedam signa interioris dispositionis, juxta illud Eccl. 19. *Ex visu cognoscitur vir & ab occurru faciei cognoscitur sensatus*. Item, quia per istos motus aliis exterius convivimus, juxta illud Aug. in Regula: *In omnibus motibus vestris nihil fiat, quod cuiquam offendat aspectum*: ideo, si hujusmodi motuum exteriorum moderatio præstetur, ut quis se exterius talem exhibeat, qualis est interioris, erit imperativè a virtute veritatis; si ut neminem offendat, sed contra ut gratum & commodum in convictu se exhibeat, erit imperativè a virtute affabilitatis; de quibus supra: utrimque autem erit elicitive a virtute modestiæ. Ex quo patet, hanc virtutem esse apprime utilem ad vitam socialem, ad bonum nomen, & ad proximi edificationem. Huic virtuti opponitur per excessum petulantia; per defectum rusticitas, seu morositas.

Postquam S. Thomas art. 1. hujus questionis egit de modestia in exterioribus motibus & gestibus seriis, tractat in sequentibus articulis de modestia in moribus ludicris & jocosis, seu de ludo; de quos sufficienter diximus art. 5. ultimæ Dissert. de Contractibus. Illuc require.

§. V. De Modestia exterioris apparatus.

Petes, quid sit modestia exterioris apparatus? R. (Q. 169. a. 1. o.) Est Virtus, quæ in apparatus rerum exteriorum, puta vestium, suppellectilium, conviviorum &c. moderationem rationis adhibet. Quamvis enim in ipsis rebus exterioribus non possit esse virtus, aut vitium, potest tamen esse in homine, qui illis bene, vel male utitur. Potest autem iis male uti, vel per excessum, vel per defectum; & utrumque dupliciter, uno modo per comparisonem ad consuetudinem hominum ejusdem conditionis, cum quibus aliquis vivit; Turpis est enim, inquit Aug. 3. conf. c. 8 *omnis pars universo suo non congruens*. Alio modo ex inordinatione affectu utentis, sive consuetudinem servet, sive non. Porro (Ibid.) hæc affectus inordinatio per excessum potest contingere tripliciter, & per defectum dupliciter. Per excessum 1. si aliquis ex superfluo cultu gloriam hominum, aut alium malum finem querat. 2. Si querat delicias. 3. Si nimiam sollicitudinem adhibeat in

Theol. Billuart. Secunda Secunda.

suo apparatu, sive conquirendo, sive conservando, sive aptando. Per defectum 1. ex negligentia hominis, qui non adhibet studium, vel laborem ad hoc, quod exteriori cultu utatur secundum quod decet, ut si ex pigritia trahat vestem per terram. 2. Si ipsum defectum exterioris cultus ad gloriam ordinet, quod pertinet ad hypochrisim. Adhibetur ergo virtus, quæ hujusmodi inordinationes secundum præscriptum rationis corrigat.

Notandum tamen, (Ib.) quod illi, qui in dignitatibus constituuntur, vel etiam ministri altaris, pretiosioribus vestibus, quam ceteri absque vitio induantur, non propter sui gloriam, sed ad significandam excellentiam sui ministerii, vel cultus divini, similiter non semper, qui vilioribus, quam ceteri vestibus utitur, peccat. Si equidem hoc faciat propter jactantiam, vel superbiam, ut se cæteris præferat, vitium est: sed si hoc faciat propter marcerationem carnis, vel humiliationem spiritus, ad virtutem Temperantiæ pertinet. Præcipue autem competit vitibus vestimentis uti iis, qui alios & verbo, & exemplo ad penitentiam hortantur, sicut fecerunt Prophete, de quibus Apost. ad Hebr. 11. dicit: *circulerunt in pelosis, in pellibus capris, egenes, &c.* & sicut faciunt etiam omnes Religiosi.

§. VI. De Ornatu Mulierum.

Nota 1. (Ibid. art. 2. o.) Quamvis circa ornamenta mulierum sint eadem attendenda, quæ §. præced. communiter dicta sunt circa exteriorem cultum, nimirum mulieres posse peccare in ornatu, vel per comparisonem ad consuetudinem, vel ex inordinatione affectus, quatenus querunt gloriam, delicias, aut alium finem malum, vel nimiam adhibent sollicitudinem; specialis tamen de illis questio instituitur; tum quia cultus mulieris id habet speciale, quod viros ad lasciviam provocet; tum quia mulieris est magis familiare ornatum & pulchritudinem affectare.

Nota 2. cum Cajetano hic, cultum corporis ad quatuor posse ordinari. 1. Ad fovendum corpus contra injurias æris. 2. Ad tegenda verecunda natura. 3. Ad servandam decentiam status juxta consuetudinem patriæ. 4. Ad fovendam & augendam pulchritudinem. Primum est necessitatis ex parte corporis. Secundum est necessitatis ex parte animæ. Tertium est convenientis, & rationi conforme. Dicitur enim recta ratio, ut quilibet, prout eum decet secundum mores patriæ, honorabiliter procedat in vita politica, & statum suum condecorat. Restat ergo difficultas de quarto; pro quo

Dico 1. (Hic a. 2. o. & ad 4. & in c. 3. *Isaie in fine*.) Mulieres Matrimonio junctæ, vel ad illud aspirantes, possunt licite intendere ornatum pulchritudinis, ut placeant viros, quos habet, aut habituræ sunt, atque ut eos ab aliis mulieribus retrahant, servato tamen moderamine rationis; secus illæ, quæ viros non habent, nec volunt habere, & sunt in statu non nubendi. Prob. (Ib. a. 2. o.) 1. Pars. Mulieres nuptæ, aut nubende possunt licite intendere placere viro, nuptæ ut conservent, nubende ut habeant, juxta illud Apost. 1. ad Cor. 7. *Quæ nupta est, cogitat que sunt mundi, quomodo placeat viro*; quod etiam debet intelligi de nubenda, alioquin inupta maneret; atqui id, quo mulieres naturaliter & maxime placeant viro, est pulchritudo, quam natura illis contulit, ut illecebram & vinculum amoris, atque officii conjugalis; oportet, inquit laudatus Cajet. hic, mulieres amari ut pulchras ad habendos, vel conservandos maritos bene dispositos: ergo possunt licite intendere & procurare pulchritudinem; & si minor sit, eam arte juvare & augere.

Ratio 2. partis est; (Ibid.) quia, quæ non sunt nuptæ, & nubere nolunt, non habent legitimam causam ornandi se, ut placeant viro; ita quod, si se ornent, ut viros ad concupiscentiam provocent, peccant mortaliter. Si autem ex quadam levitate, vel etiam vanitate, ut habeantur pulchras, peccant tantum venialiter; quia non est ibi gravis inordinatio, sed quedam jactantia ac vana gloria. Et eadem est ratio quantum ad hoc de viro, studiosè se ornantibus. Utramque partem (Ibid.) confirmat Aug. Ep. 73. ad Possid. his verbis: *Nolo de ornamentis auri, vel vestis præproperam habeas in prohibendo sententiam, nisi in eos, qui neque conjugati, neque conjugari cupientes, cogitare debent quomodo placeant Deo*. Non vult ergo Aug. ornatum pulchritudinis facile prohiberi nuptis, aut nubendis; quia eo licite uti possunt: sed iis tantum, quæ nubere nolunt; quia non subest ratio utendi.

Dixi in Conclusionè: *Servato moderamine rationis*; quia si excedatur in ornatu a quacumque muliere, erit peccatum; cum omnis excessus sit vitiosus. Quale autem sit peccatum an mortale, an veniale?

Dico 2. (Ibid. ad 2.) Excessus in ornatu mulierum, per se loquendo & abstrahendo ab omni adventitia malitia, non est mortalis. Ita communis cum Auctore. Prob. Excessus in appetitu rei, quæ non est de se mala, non est mortalis, ut patet in appetitu inordinato divitiarum, honorum, & similibus; atqui esse ornatum & pulchrum non est quid de se malum, sed indifferens: ergo. Confirm. Talis excessus secundum se non est contra Dei, aut proximi, vel ipsius utentis charitatem; non enim inde, vel honor Dei, vel proximi, vel utentis laeditur: ergo. Dixi: *Per se loquendo*, &c. (Ibid.) quia per accidens ratione annexæ alicuius malitiæ potest esse peccatum mortale. 1. Ratione finis, si fiat propter lasciviam, aut in contemptum Dei. 2. Ratione scandali, ut si quis veste ita tenui ac subtili utatur, ut pudenda non satis tegantur: quia hoc est de se turpe & grave libidinis incentivum; de mutatione peccatoris dicam modo. 3. Ratione prohibitionis, ut si genus quoddam vestimenti, seu ornatus esset strictè prohibitum. Item ratione variarum aliarum circumstantiarum, quæ occurrere possunt.

Obj. 1. Contra utramque Conclusionem. Ornatus mulierum etiam nuptiarum, prohibetur 1. Petr. 3. his verbis. *Quarum (scilicet mulierum) non sit extrinsecus capillatura, aut circumdatio auri, aut indumenti vestimentorum cultus*: ubi Glossa Cypriani in libr. de habitu virg. dicit: *Serice & purpura intute Christum sincere intueri non possunt: auro & margaritis adornate & monilibus, ornamenta mentis & corporis perdidimus*; quæ indicant culpam mortalem: ergo. R. cum Glossa ibid. (Ibid. ad 1.) quod mulieres eorum, qui in tribulatione erant, contemnebant viros, & ut illis placerent se pulchrè ornabant, quod fieri prohibet Apost. tanquam grave malum; in quo etiam casu loquitur Cyprianus. Non autem prohibet conjugatis mulieribus ornari, ut placeant viris, ne deus eis occasio peccandi cum illis. Unde Apost. 1. ad Tim. 2. dicit: *Mulieres in habitu ornato cum verecundia & sobrietate ornentur se, non in tortis crinibus, aut auro, aut margaritis, aut veste pretiosa*. Per quod datur intelligi, quod sobrius & moderatus ornatus non prohibetur mulieribus; sed superfluus, inverecondus, & impudicus. Insuper in prioribus Ecclesie sæculis major requirebatur modestia in mulieribus ad edificationem Ethnicorum, qua de causa hi ornatus poterunt a Patribus prohiberi.

Instr. 1. S. Cyprianus loco cit. dicit, mulieres, etiam nuptas, quæ faciunt, manus Deo inferre, impugnare divinum opus, Deum videre non posse, sed cum diabolo arsas: ergo. R. (Ibid. ad 2.) Quod mulierum fucatio, de qua Cyprianus loquitur, sit quedam species fictionis, quæ non potest esse sine peccato. Unde Aug. Ep. cit. dicit: *Fucari pigmentis, quo rubicundior, vel candidior, appareat, adulterina fallacia est, qua non dubito etiam ipsos maritos se nolle decipi*. Non tamen semper talis fucatio est cum peccato mortali; sicut nec omne mendacium, seu omnis fictio est peccatum mortale; sed solum, quando fit propter lasciviam, vel in Dei contemptum: in quibus casibus loquitur Cyprianus. Sciendum tamen, quod aliud sit fingere pulchritudinem non habitam, & aliud occultare turpitudinem ex aliqua causa proveniente, puta ex ægritudine, vel aliquo huiusmodi: hoc enim est licitum; quia secundum Ap. 1. ad Cor. 12. *Quæ putamus ignobiliora membra esse corporis, his honorem abundantiorum circumdamus*.

Insuper, quamvis fucatio, adhibita ad fingendam nativum colorem, sit fictio culpanda, ut dictum est; si tamen eam adhibeat mulier, non ea intentione ut decipiat, sed ut simpliciter appareat pulchra, vigente præsertim huiusmodi pigmentorum usu; quo fit, ut vix decipiantur; nisi qui volunt decipi; inde faciat, vel jubente marito (quamvis enim, ut dixi Aug. soleant mariti nolle hac adulterina pulchritudine decipi, sunt tamen, qui suas uxores sic ornari cupiunt), vel ut ipsum ab alienis amplexibus retrahat, aut alia de causa rationabili, ut fortè fecerunt Judith & Esther, non puto culpandam. Quod culpet S. Th., ut asserit P. Henno, nullibi video. Dicit quidem S. Doctor, quod fucatio, de qua loquitur Cyprianus, sit quedam fictio, quæ non est sine peccato; sed non dicit, quod omnis fucatio sit fictio. Eandem hallucinationem reprehendit Sylvester in Summa Angelica v. *Ornatus* q. 4. Sic etiam non videntur culpandas vir, vel mulier, qui ex

rationabili causa utitur coma adoptiva, seu capillis alienis simpliciter ad ornatum, eo modo quo utitur lana ovium, vel pellibus aliorum animalium; nisi fortè per hoc velit decipere fingendo esse proprios, quo casu erit fictio venialis, ut dictum est de fucio.

Instr. 2. Mulieres, quæ fucantur, adulterant opus Dei, & illud emendare volunt, quod cedit in gravem Dei injuriam: ergo. R. N. Ant. Non enim in hoc spectant opus Dei qua Dei est, sed opus naturæ; natura autem potest variari per artem: sic natura nascimur nudi, arte cooperimur. Sic multi nascuntur deformes, aut membris debiles, qui arte sanantur, aut juvantur.

Obj. 1. Sicut non congruit mulieri, quod veste virili utatur, ita ei non competit, quod inordinatio ornatu utatur; atqui primum est peccatum mortale: ergo. Prob. Min. ex lege Deut. 22. *Non induatur mulier veste virili, nec vir veste muliebri*: ergo. R. (Ibid. ad 3.) N. Min. Quamvis enim uti veste alterius sexus, consideratum secundum se & abstrahendo a circumstantiis, præ se ferat aliquam deformitatem, eò quod non conveniat conditioni personæ secundum consuetudinem, & possit esse causa lascivie; tamen non est ita natura sua malum, ut ex circumstantiis coonestari non possit, si sit necesse ad se occultandum ab hostibus, vel propter defectum alterius vestimenti, vel propter aliquid aliud huiusmodi. Unde, si ex levitate, vel vanitate fiat absque scandalo, aut periculo proximi lascivie, erit peccatum veniale tantum. Ad Prob. Min. ex leg. Deut. R. hanc legem esse judicalem, vel ceremonialem ideo latam, quod Gentiles tali mutatione habitus abuterentur ad Idololatriæ superstitionem. Evanuit autem per Christum.

Obj. 3. Ornatus mulierum est provocativus ad libidinem: ergo. R. D. Ant. Est provocativus remotè & naturaliter, C. Proximè & vitiosè, N. Est enim provocativus, sicut ipsa pulchritudo, quam ornat; pulchritudo autem naturalis non est proximè & vitiosè provocativa; sed remotè tantum & naturaliter; alioquin contiuo peccaret pulchra mulier se præbens conspectui hominum. Vide Cajet. hic §. *Ad horum* & §. seq. ad 1.

Instr. Salmem nuditas pectoris est vitiosè provocativa ad libidinem; atqui hæc reponitur inter ornamenta mulierum: ergo. A. D. Maj. Nuditas immodica pectoris est vitiosè provocativa, C. Nuditas modica, N. Mulier itaque modicè nudans pectus pro consuetudine Patrie absque prava intentione potest excusari juxta Sylviu, Cajet. Navarr. & alios, quia pectus est pars corporis honesta, quam nec natura nec pudor absolutè regi jubent. Hac tamen consuetudo quantum fieri potest, est extrinseca, & qui illam primum introduceret, graviter peccaret, quia insolita magis movent. Quæ autem ita immodicè nudant pectus, ut media urbera nuda appareant, nullatenus sunt excusandæ, cum tam immodica nudatio non ita parum sit provocativa, & magis pertineat ad lasciviam, quam ad pulchritudinem. Idem fermè dicendum de iis, quæ quidem urbera habent cooperta, sed lineo tam tenui, ut remaneant intuentibus perspicua.

Circa præcepta Temperantiæ, de quibus S. Doctor agit q. 170. hoc unum occurrit notandum: (Q. 170. a. 1. d.) nimirum inter præcepta Decalogi convenienter tradi præceptum negativum de temperantia, scilicet prohibitionem adulterii, non solum secundum quod opere exercetur, sed etiam secundum quod corde concupiscitur: quia ea præcepta ponuntur in Decalogo, quæ vel directè illi opponuntur; charitati autem proximi maxime opponitur adulterium, per quod aliquis usurpat sibi rem alienam, abutendo scilicet uxore proximi. (Ibid. ad 2.) Præcepta verò affirmativa de temperantia non convenienter reponi inter præcepta Decalogi; quia præcepta Decalogi sunt quedam universalis legis divinæ principia, unde oportet ea esse communia. Usus verò temperantiæ variatur secundum diversa tempora, sicut dicit Aug. de bono conjugali cap. 15. & secundum diversas hominum leges & consuetudines; ut patet in jejuniis.

Et hæc de Temperantia, cæterisque virtutibus cardinalibus ad majorem illius gloriam, qui omnium virtutum est auctor & largitor.

FINIS.

INDEX

DISSERTATIONUM, ARTICULORUM, PARAGRAFORUM, Petitionum, Consecratorum, Digressionum, &c.

Quæ in hoc Tomo continentur.

TRACTATUS DE FIDE.

DISSERTATIO I. De objecto Fidei. pag. 1.
 Articulus I. Quodnam sit objectum Fidei? ibid.
 Solvuntur Objectiones. ibid.
 Art. II. In quod fit ultima resolutio, seu analysis Fidei nostræ? 2.
 Petes, utrum revelationes privatæ pertineant ad Fidem? 3.
 Art. III. Utrum Fides possit subesse falsum? ibid.
 Solvuntur Objectiones. 4.
 Art. IV. Utrum objectum Fidei sit necessariò obsecrum & quo modo obsecrum se habeat ad illud? ibid.
 Art. V. Utrum saltem evidentia in attestante sit compositibilis cum fide? 5.
 Art. VI. Utrum mysteria Fidei sint evidentè credibilia? 6.
 Solvuntur Objectiones. 6.
 Petes, utrum, ut aliquis credat, debeat necessariò esse ipsi evidens mysteria fidei esse credibilia? 7.
 Expenduntur motiva credibilitatis. 7.
 Art. VII. De Articulis & Symbolis Fidei. 8.
 §. I. De articulis Fidei. 8.
 Petes 1. Utrum credibilia convenienter distinguantur per articulos? 8.
 Petes 2. Quot sint articuli Fidei? 8.
 Petes 3. Utrum articuli Fidei secundum successionem temporum creverint? 8.
 §. II. De Symbolis Fidei. 8.
 Petes 1. Quid sit Fidei Symbolum? 8.
 Petes 2. An conveniens fuerit, articulos Fidei redigi in Symbolum? 8.
 Petes 3. Quot sint Fidei Symbola in Ecclesia? 8.
 Petes 4. Quare plura Symbola proponuntur in Ecclesia? 9.
 DIGRESSIO I. HISTORICA. Utrum Symbolum, quod dicitur Apostolorum, sit ab Apostolis editum? ibid.
 DIGRESSIO II. HISTORICA. Utrum Symbolum, quod dicitur S. Athanasii, sit genuinum ejus opus? ibid.
 DISSERTATIO II. De motibus credibilitatis Religionis Christianæ adversus Incredulos, vulgò Deistas. 10.
 Art. I. Vaticinia Prophetarum de Religione Christiana, & ejus Auctore. ibid.
 Art. II. Miracula Christi, & Apostolorum: item promissiones Christi adimpletæ in confirmationem Religionis Christianæ. ibid.
 §. I. Quædam Questiones circa miracula breviter resolvuntur. 11.
 Petes 1. Quid sit Miraculum? ibid.
 Petes 2. Utrum omnia, quæ videntur, aut dicuntur miracula, sint vera & propriè dicta miracula? ibid.
 Petes 3. Quomodo dignosci potest, aliquod miraculum esse factum virtute divina, & non virtute naturæ nobis ignata; ideòque esse verum miraculum? ibid.
 Petes 4. Undè dignosci possit, factum miraculosum, quod narratur, non esse suppositum & fabulosum? 12.
 §. II. Facta sunt vera miracula in confirmationem Religionis Christianæ. ibid.
 Tria præstanda adversus incredulos. ibid.
 Primum: Libri novi Testamenti non sunt suppositi. ibid.
 Secundum: Facta, quæ narrant, sunt vera. ibid.
 Tertium: Ista facta sunt vera miracula. ibid.
 §. III. Prophetiæ & promissiones Christi adimpletæ. 13.
 Art. III. Modus mirabilis, & plenè divinus, quo Christiana Religio fuit fundata & propagata. ibid.
 DISSERTATIO III. De actu interno & externo Fidei. 14.
 Art. I. Utrum sit de necessitate salutis credere aliquid supra rationem naturalem? ibid.
 Art. II. Utrum in hoc statu Legis Evangelicæ Fides explicita Incarnationis & Trinitatis sit necessaria necessitate mediæ ad salutem? 15.
 Solvuntur Objectiones. 16.
 Art. III. Cæteræ difficultates circa actum Fidei internum expenduntur. 17.
 §. I. Quæ sint credenda necessitate præcepti? ibid.
 §. II. Quodnam obliget præceptum Fidei? 18.

§. III. Utrum ad ascensum Fidei requiratur motio voluntatis? 19.
 Petes 1. Utrum actus Fidei possit esse meritorius? ibid.
 Petes 2. Utrum ratio inductiva ad credendum, seu motiva credibilitatis minuunt meritum Fidei? ibid.
 Art. IV. De actu Fidei externo. ibid.
 §. I. De præcepto actus Fidei externi negativo. ibid.
 §. II. De præcepto actus Fidei externi affirmativo. 20.
 DISSERTATIO V. De habitu, subjecto, causis, & effectibus Fidei. 21.
 Art. I. De habitu Fidei per Quæstionuculas. ibid.
 Petes 1. Utrum Fides rectè definitur ab Apostolo Hebr. 11. *Sperandum, &c.* 21.
 Petes 2. Utrum Fides sit in intellectu tanquam in subjecto? 21.
 Petes 3. Utrum Charitas sit formale Fidei? 21.
 Petes 4. Utrum Fides informis sit virtus? 21.
 Petes 5. Utrum Fides dicenda sit virtus intellectualis? 22.
 Petes 6. Utrum sit idem habitus Fidei formatæ & informis? 22.
 Petes 7. Utrum Fides sit prima inter virtutes. ibid.
 Petes 8. Utrum Fides sit certior omnibus cognitionibus naturalibus? ibid.
 Petes 9. Utrum Fides sit discursiva? ibid.
 Art. II. De habitibus Fidei. 24.
 Solvuntur Objectiones contra ult. Concl. 24.
 Petes, utrum Fides possit esse major in uno, quam in alio? 25.
 DISSERTATIO V. De vitiis Fidei oppositis. 25.
 Art. I. De Infidelitate in communi per Quæstionuculas. ibid.
 Petes 1. Utrum Infidelitas sit peccatum? ibid.
 Petes 2. Utrum Infidelitas sit in intellectu? ibid.
 Petes 3. Utrum Infidelitas sit maximum peccatorum? ibid.
 Petes 4. Utrum omnia Infidelium opera sint peccata? 26.
 Petes 5. Quot sint species Infidelitatis? ibid.
 Petes 6. Quæ species Infidelitatis sit gravior peccatum? ibid.
 Petes 7. Utrum sit licitum disputare de Fide cum Infidelibus? ibid.
 Art. II. Utrum Infideles sint cogendi ad Fidem? ibid.
 Petes, utrum ritus Infidelium sint tolerandi? 27.
 Art. III. De heresi. 27.
 §. I. Quid & quotuplex sit heresis? ibid.
 Petes 1. Utrum, qui negaret conclusionem Theologicam, esset Hæreticus? 28.
 Petes 2. Utrum dubius in Fide sit Hæreticus? 28.
 §. II. De penis Hæreticorum. 29.
 §. III. Utrum omnes Hæretici manifesti priventur jurisdictione sic, ut non possint valide absolvi? ibid.
 §. IV. Quis possit absolvere ab heresi? 30.
 Petes, utrum saltem virtute Jubilæi possint Confessarii absolvere ab heresi occultæ? 31.
 §. V. De Libris Hæreticorum, & aliis prohibitis. 31.
 Petes, utrum, qui legit in libris Catholicorum quedam dicta excerpta ex libris Hæreticorum, peccet & incurrat Excommunicationem? 32.
 Art. IV. De Apostasia. 32.
 Art. V. De Blasphemia. 33.
 Petes, cui virtuti opponatur blasphemia? 33.
 TRACTATUS DE REGULIS FIDEI. 33.
 DISSERTATIO I. De Scriptura Sacra. 33.
 Art. I. Quid sit, & an sit Scriptura sacra. 33.
 Art. II. Utrum singula Scripturæ verba sint a Spiritu sancto dictata? 34.
 Solvuntur Objectiones. 35.
 Art. III. De divisione Scripturæ sacre. 35.
 Petes, utrum libri Deuterocanonici sint æqualis auctoritatis, ac Protoconici? 36.
 Art. IV. De variis Scripturæ sacre versionibus. 36.
 Versio Chaldaica. 36.
 Versio Syriaca. 36.
 Versio Græca. 36.
 Versio Latina. 36.
 Art.